



FRANCISCI  
**ANSALDI** II  
TRACTATUS  
IVRISDICTIONE.

*off. E*

FRANCISCI  
ANSALDII

CANONVM, ET LEGVM  
DOCTORIS MINIMI,  
E SANCTI MINIATI VRBE IN  
HETRVRIA ORIVNDI.

DE  
IVRISDICTIONE  
TRACTATVS,


In quinque partes diuisus,

*Quarum*

- I. Iurisdictionem in genere,
- II. Ecclesiasticam,
- III. Sæcularem,
- IV. Mixti fori,
- V. Muneris impositionem, & exactionem continet.

*Sedulo, multarumque vigiliarum studio, fidelique mente, & veritate, ad Authoris  
instruccionem composuit, & elaboratus.*

*Cum SYMPTARIS, & INDICIBVS, Capitulum, & Remissionibus decernis.*



LVGDVNI,

Sumpt. Hæred. Gabr. Boissat, & Laurentij Anisson.

M. DC. XLIII.

CVM SUPERIORVM PERMISSV.



# AUTHOR LECTORI CANDIDO S.



Æ PENNUMERO, ( ne sæpiſſimè dicam , ) Iurisdictionem  
ſacræ militaris Religionis Diui Stephani à poteſtatibus  
tum Eccleſiaſticis, tum ſecularibus ( ei non iure moleſtiam  
inferentibus, ) deſenſare, atque patrocinari ex iniuncto  
munere mihi adedò opus fuit, vt ad meos leuandos in futu-  
rum labores operam nauare opportunum, & perutile eſſe  
duxerim, magiſtrale de Iurisdictione reſponſum præpara-  
tum habere. Verùm poſt multas conſumptas vigilias, dum  
ex præparata materia profunda reſponſum exordiri perquiro, in exordium Tra-  
ctatus ( vltra propoſitum meum ) tractum me eſſe video. Et quoniam exordium  
huiusmodi duram, & perdifficilem prouinciam viribus meis ſatis infirmis præpa-  
raſſe cognoſcebam, inexperti Nautæ in Oceano mare, & Icarì volatus pericula re-  
cordatus, temeritati minimi ingenij mei, quæ amplitudine, & altitudine materiæ  
ab inſignibus Iuriſconſultis, ( etiam ſub diuerſis titulis, ) pertractatæ, atque con-  
ſcriptæ perterrita ſuadebat, vt opus non ſumerem, ſed deſererem, perquam liben-  
ter parere cogitabam. His cogitationibus commotus, atque perturbatus, anceps  
quid mihi peragendum eſſet, cùm humiliter diuinum imploraſſem Numen, per  
quod res ſæpiùs nulla ſpe ſuſtentatæ ad finem perducuntur optatum, illud per os  
Prophetæ, omnipotentis Dei in meis ſentio reſonare auribus, <sup>a</sup> *Intellectum tibi dabo,* <sup>a</sup> *Plalm. 31.*  
*et inſtuam te in via hac, qua gradieris:* non ignarus, quòd de ſua ſufficientia diffiden-  
tes, & in eo ſperantes nunquam diuinus ille Parens deſertos habuit. Sed in ore eſt  
eorum, eos atque id, quòd ſint locuturi, docet. Amplius dat cordi cõcipere verita-  
tem, & cogitare æquitatem; motum dulcem, melodiam, & memoriã diu gratam.  
Iplius igitur immenſa benignitate, atque miſericordia conſiſus, qui eſt lux vera,  
quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum <sup>b</sup>, qui ſapientiam <sup>b</sup> Ioan. 1.  
præſtat paruulis <sup>c</sup>, & melliflua largitate dat omnibus affluentè, & non imprope-  
rat <sup>d</sup>, qui ve os aperire iubet, & ſe illud aſſerit impleturum <sup>e</sup>; ſtatim ſub ſpe ſancti <sup>d</sup> c. quàm pio  
Numinis aſſumpto calamo ſacros Canones, & Imperatorias leges apertas penes  
me ſemper habens, perlegens, venerans, ſectans, neceſſariaque ad veritatem, & iu-  
ſtitiam eruendam minimè omittens, ( quæ ſemper apud omnes, & in omnibus ea-  
dem eſt, quàmve Plato diuinam, & æternam eſſe, poſteris ſcriptum ſapientiffimè  
reliquit, ) illis ſententiis Iuriſconſultorum vtens, quæ ex vberrimo Canonum, &  
legum fonte dimanâtes iplis Canonibus, & legibus, item & rationi ( naturali præ-  
fertim ) cohætere videntur; nec recentiorum teſtimonia contemnens inceptum  
opus aſſumpſi, perrexi, & ſpirante, & adiuuante Deo, ( qui ingreſſum inſtruxit, pro-  
greſſum



FRANCISCI  
ANSALDII  
TRACTATUS  
DE  
IVRISDICTIONE.  
PRÆFATIO.

SUMMARIUM.

1. Iurisdiclio sive cuique non seruetur sua, ordo secularis, & ecclesiasticus confunderetur.
2. Ecclesia iurisdictionem secularem perturbare, aut minuire non intendit.
3. Secularis potestas ecclesiasticam iurisdictionem non vult, nec debet impedire.
4. Iudices seculares circa ecclesiasticas causas, nullam iurisdictionem habent.
5. Clerici coram Episcopis per Clericos, & etiam laicos suos conueniunt.
6. Iurisdictionem perturbant alterius, sine secularis, sine ecclesiasticis iudicibus sit, honeste vincere, alterum non laedere, suum cuique tribuere, dicere non potest.
7. Imperator iurisdictionem celis, & boni, & aequi notitiam profectur.
8. Lex diuina non inferior esse debet legibus saculi in iurisdictione exercenda.
9. Leges Imperiales Ecclesia Romana approbat, & cum non contradicant Canonibus, negotiis ecclesiasticis vtiliter deservire.
10. Papa profectur, precepta, & capitula Imperatorum irrefragabiliter custodire, & conseruare.
11. Canones vices legis obtinere Iustinianus sancit.
12. Papa pro temporalibus Regibus egere, & 2. 17.
13. Imperator iura Pontificatus non arripit.
14. Papa nomen Imperatoriam non usurpat.
15. Christus Iesus actibus propriis, & dignitatibus distinctis officia ecclesiastica, & secularis potestatis differens.
16. Reges pro aeternis Pontificibus indigent.
17. Deo militans negotiis secularibus se implicare non debet.
18. Secularis potestas rebus diuinis non habet praesidere.
19. Iurisdictionem colere summam in rebus bonum est, & sua cuique iura seruare.
20. In subiectos non sineus quid potestatis est fieri, sed quod equum est custodiri, summam in rebus bonum est.
21. Ecclesia aultrix iurisdictionis esse dicitur, & aequitate seruanda.
22. Contra iurisdictionem nec ad aliquod lucrum debet admitti.
23. Nec vlli etiam pro miserabilibus personis aduersus iurisdictionem praedictam facere ei licitum est.
24. Causas primas Serenissimus Magnus Dux Heteriar, & Magnus Magister sacra, & Illustrissima Militaris Religiois Diui Stephani iurisdictionis, & pacis amator.
25. Serenissimi eius successores iurisdictionem, & pacem amant, & harum fructibus fruii sunt, acque fruuntur.
26. Iudices ambigiosi esse non debent, & que mala in iudice detestabilis ambitio nutriet.
27. Principum cuiusque rei est pari participata.
28. Principum propter quod ad sciendum aliquid est scire necesse, nam scire est res per causas cognoscere.
29. Ordo, & methodus est fundamentum scientia, & etiam modus appellatur.
30. Dimisso operis.



QUONIAM prudentissimè animaduertum fuit, quod si iurisdictionis vnicuique non seruetur sua, ordo secularis, & ecclesiasticus confunderetur; ex cap. peruenit 39. 11. quest. 1. gl'of. sub verb. nostra, in cap. permitt. de statu Monach. A gl'of.

vultu detegunt, sed sententiam expressim protulerunt, imò inoerecundè offerunt.


Idcirco inter ministros iustitiae minimus otiosum, & ad labendum facilior, atque proclivior, ne in huiusmodi incidam damnatam ignorantiae foueam, sed ut cauidis, & iustitiae rectae illi insetuire valeam iustitiae, quam dicti serenissimi mei naturales Principes coluerunt, & colunt, & obseruandam praecipiant; super vtraque iurisdictione ea, quae pauca sparsim, & confusè vidi & perlegi, ad mei tantum instructionem in sequentibus capitulis colligere, & enucleare non inutile fore existimaui.

28. Quoniam verò † cuiusque rei potissima pars principium est, *l. c. in l. 1. ff. de orig. iur. †* & ad sciendum aliquid, est necesse scire principium, propter quod, iuxta doctrinam *Bart. in d. l. 1. auo. l. 1. & Bald. ibidem in prin. vbi n. 1.* subiungit ita. Scire est res per causas cognoscere.

30. Et ordo, & methodus est fundamentum scientiae, & entium modus appellatur. *Bald. in*

*proem. Digestorum, num. 4. & in Aub. Hoc amplius. C. de fideicom. n. 20.* cum ex illo infargat breuis rerum omnium diuisio, quae tem clarum, & apertam reddere solet. *c. super litteris 20. de rescript. l. 1. cum gloss. 1. ff. de del. mal. & met. except.* Accursum in *proem. Insti. §. igitur, sub verb. Ita cautissimo, ad finem.* *Crauet. de antiquis u. tempor. in princip. proem.*

Iurisdictionis igitur tum ecclesiasticae, tum saecularis originem primo loco quaerere, & à quo, & propter quod ortum habuerit praenoscere, & praemittere; atque deinceps secundo loco de Iurisdictione ecclesiastica; tertio de saeculari separatim, & diuisim; quarto de ea quae communis vtrique foro mixta dicitur esse; quinto & ultimo, quae contra saecularia Clerici subite personalia debeant; quibus realibus oneribus ecclesiastica, quibusve patrimonialium Clericorum bona obnoxia iure optimo sint, & ad ipsa subeunda onera per saeculariam Potestatem adstringi possint, videri, praenosci, atque intelligi congruum, opportunum, imò perquam necessarium esse duxi.



# PARS PRIMA.

## De Iurisdictione in genere.

### CAPVT PRIMVM.

*De Iurisdictionis origine in genere; quod proprium Regis minus fuit, & est iudicandi; nec propter aliud Reges, & Principes à Deo inuenti fuerunt, nisi ut pacati populi, ciuitates, regiones, & Prouincia omnes rectè, atque iuste viuere possent, atque deberent, & de Regum, & Principum officio.*

### SVMMARIVM.

1. Imperium quare Deus de caelo constituerit.
2. Principes à Deo facti constituti, ut per eorum ora conderet Deus ipsè leges.
3. Subditus est omnis anima sublimioribus personis.
4. Regis proprium munus fuit, & est iudicandi.
5. Salomon obsecrauit Deum, ut corde docili daretur, quo populum sibi creditum iudicare valeret.
6. Proceres populi Iudaei ad Samuelem Prophetam dixerunt: Constitue nobis Regem qui nos iudicet.
7. Deus Imperium in Regem contulit, nihil interim amittens.
8. Regi parendum est tanquam Praeexcellenti.
9. 10. Rex in Magistratum quod libuit potestatis transfert, sicut eisdem auferit iurisdictionem. *Anald. de Iurisdic.*

11. Deus per leges iustitiam exercens, & legem tribuens, & Rex per Magistratus eandem exercere, & tribuere creditus.
11. Deus in monte Sinai leges Moysi tradidit.
13. Lex per Angelos ab Apostolo Paulo asseritur ordinata.
14. Princeps intra regnum suum ius Imperij priuè transfert.
15. Et dum iurisdictionem omnimodam tribuit, ipsam retinet non dimittendam.
16. Sol lucem minoribus stellis communicans, nec scintillam quidem eius luminis perdit.
17. Princeps rigor dicitur esse iustitia.
18. Et index iudicium omnium.
19. Et in eo tanquam in fonte iustitia constans debet esse voluens.
20. Et tanquam Dei Legatus, seu Praefectus super ius, contra ius, & extra ius omnia potest.
21. Principes non propter aliud à Deo inuenti fuerunt, nisi ut pacati populi, ciuitates, regiones, & Prouinciae omnes rectè atque iuste viuere possent, atque deberent.
22. Principis proprium est facere iudicium, & iustitiam, malos comprimere, & bonos subleuare.
23. Et de manu potentium se oppressos liberare.
24. Subditorum atque quietem procurare, discordantiam & inuersionem auertere.
25. Et pacem compositioni studere.
26. Principi necesse potest dicere, cur ita, facti, quis quod Principi placens legis habet vigorem.
27. Misericordia, & veritas custodiunt Reges.
28. Et clementiam eius roboratur.
29. Subditi tanquam filij à Principe sunt tradendi.
30. Querelae subditorum Principi debet audire.
31. Pater iustitia in regno suo dicitur esse.
32. Iustus in se, & in alios ex alijus iustis frequentatè sit.
33. Princeps si non bene, si non rectè regat, & gubernet subditos, non verus dominus dicitur esse.